

DE
DIVERSA OFFICIORVM CIVILIVM
ET VASALLITICORVM RATIONE

DISSERTATIO

1787 11

Q V A M

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO FRIDERICO WILISCH

FISCI ELECTORAL SAXON. PER REGIONEM CIRCULI ELECTO.

RALIS PROCVRATORE CIVITATIS VITEBERGENSIS SENA-

TORE ET CONSISTORII ECCLESIASTICI

ADVOCATO

DIE XXVIII. MENS. IVL. CCCLXXXVII

H. L. Q. S.

PUBLICAE DISCEPTATIONI SVEMITTET

A V C T O R

IOANNES AVGUSTVS HIERONYMVS THALWITZER

MISENENSIS.

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DURRELL.

DE

DIAEESA OFFICIORVM CIVILVM
ET AVSALITICORVM RATIONE

DISSESSATIO

6 A M

ACUTORIATE ULTAS TRIS IOTORVM ORDINIS

PRAEVIDE

DE CHRISTIANO ERIDERICO MILITISCH

LESGI LEGATORVM SAXON. PER RICARDONEM CIRCAE ALEFETO.

REVS PROCAVATORIS CIVITATIS ALTERREDENSIS SENU-

TORIS ET CONSTITUTI ECCLESIASTICI

ADAOVATO

DE XXVII MENS. JAR. DISCERNAN

MLXZ

LAWLGE DISCESSATIONI SUBMITTE

AVG T O R

JOANNES AGATIAS HERONIUS THALMIUS

MICHENENSIS.

NITEGREGAE

LITTAVIS GVRGI CHRISTIANI DURRIDI

V I R O
ILLVSTRI ET CONSVLTISSIMO
IOANNI CAROLO GEBHARDO
REINHARDO

I. V. D. SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
AB AVLAE ET IVSTITIAE CONSILIIS

P A T R O N O

S V M M O P E R E V E N E R A N D O
LIBELLVM HVNC ACADEMICVM
CVM PIETATE
DEDICAT ET OFFERT

A V C T O R.

V A T R O
ILLUSTRI ET CONSULTISSIMO
IOANNI CAROLO GEBHARDO
REINHARDO
F A D SERVENSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
VR VALAE ET IASITIVAE CONSULIS
P A T R O N O
S U M M O T E R E V R H I N G Y A N D O
LIBELLVM HUNC ACADEMICAM
C A M P I F E T A T E
D E D I C A T E T O O T E R T
A V C O A

¶¶¶¶¶ omnes omniuersitatem suam, ut embassaueret etiam idem audire
av nemini libet milites etiamque, etiamque etiamque. ¶¶¶¶¶

Acriter olim inter viros eruditos disputatum fuit, num quilibet vasallus domini directi sui subditus esset. Fuerunt enim, qui hoc affirmarent, adeo ut dicentes, quemlibet vasallum, etiam si eius, a quo feudum obtinuerit, ditioni subiectus non fuisset, tamen ab hoc ipso temporis articulo ei subiici in posterum.^{a)} In quem quidem gravissimum errorem ut incidenter, hac potissimum seducti causa videntur, quoniam, quam communis ratio dominiorum directorum iurisdictionem in vasallos, intuitu contracti vinculi feudal, dominis afferebat, hanc domini, praesertim cum ciues extraneos in vasalorum numerum repererant, saepe supra modum extendere, quin in plenam horum vasalorum a pristina subiectione exemptionem convertere studebant. Sed sicut multi tantum vasalorum, quamquam non omnes, ad pristinam subiectiōnēm ac libertatem vindicandā, et eorum imperantes ad suam dignitatem imperiumque sustinendum, his dominorum usurpationibus haud infelicititer sunt obliūctati, ita etiam multi iurisperitos in hac causa extiterunt, qui vel publice,^{b)} vel priuatim, iura principum et vasalorum aduersus dominos directos exteriores strenue recteque defenserent. Quorum quidem in numero, qui priuatim suscepserunt illorum patrocinium, praecipue videntur nominandi: VIETOR,^{c)} HILDEBRANDVS,^{d)} DE SPOR,^{e)} REVTERVS,^{f)} et CARRACHIVS^{g)}. Praeter quos alii, in

A 3

qui-

a) v. c. NEWMANNVS DE PVCHOLZ
Dissertatt. Iur. publ. et feudal. III. IV.
VII.

b) v. tales apud III. PÜTTERVM Lit-
teratur des teutschen Staatsrechts p. II.
§. 498 n. 3.

c) de Causis Exemptionum Imperii,
Bafil. 1615, concl. 22—26.

d) dissert. de Vasallagio subiectiōnēm
non inferente. Altorf. 1721.

e) diss. de natura vasallagii et subie-
ctionis in territorio. S. R. I. Francof.
ad Viadr. 1732.

f) dissert. de triplici domesticitatis
subiectiōnēs et vasallagii fidilitate. rec.
Ien. 1741.

g) diss. de exemptionibus territoriorum
Germaniae. Vlm. 1752.



quibus mihi non praetereundus est, quem gratissimo animo appello, ill. WIESANDIVS,^{b)} praceptor fidissimus, quasi in transitu discrimen vasallorum et ciuium ostenderunt. Etsi vero omnes hi modo dicti viri iustas lineas regundorum finium dubiorum duxerunt, tamen aut potius diuersam naturam indeolemque formularum iuris iurandi, quibus promitti fides tum a ciuibus tum a vasallis solet, explicandam, quam singulas ciuis et vasalli demonstrandas differentias sibi posuisse, aut etiam si hocce fecerint, saltim multis lectorum iustum desiderium reliquise videntur res argumentis potius ex origine ciuitatum et veteri feudorum ratione, quam ex innumeris aliorum scriptorum auctoritatibus confirmatas inueniendi. Quare, cum mihi nunc scribendi occasio esset, locum hunc de diuerso ciuium et vasallorum statu, quatenus exinde certa proficiscantur officia, proprius considerandum duxi, ac diuersam horum officiorum rationem ex antiquis moribus ac monumentis Germanorum, viris aliis doctissimi facem nobis praeferenibus, pro viribus et angustiis, non ostentationis, sed exercitationis gratia, illustrandam elegi. Quod ut perficerem, hanc viam, qua incederem, ante omnia signari, ut notionibus ciuis, vasalli, et officiorum, sub ingressu ipso collocatis, omnia ea, quae inter exploranda ciuium et vasallorum officia, quamvis diuersa, mihi cum quadam concentu obvolarunt, proxime leponerem: deinde vero progrediendo differentias ipsas horum officiorum praecipuas, originem, fundamentum, imperantes, modum ea subeundi, modum promittendi, indelem ac fines, quasi intuendas collocarem, et prope viae exitum, iudicis ac poenis, genus utrumque secerentibus, locum assignarem. Laetarer, si mihi continget ita esse felici, ut lectores facilitatis suae, res a me expositas inspicendi in hac via, non ex omni poeniteret.

§. II. Notio ciuium et vasallorum eorumque officiorum.

Explicemus igitur, viam quasi repentes, singula disposita. Officia, de quibus maxime agetur, complecti eas actiones, ad quas quis obeundas vi legis obligetur, nemo est, quem fugiat. Sub lege intelligimus cum peractuo MONTESQVERIO^{a)} omne obseruandum id, sine quo, quod velis,

^{a)}-diff. de origine et natura fidelitatis vasallitiae. Lips. 1764. pag. 7.
^{a)} v. de l'Esprit des Loix Liv. I. c. 1.

„Les loix sont les rapports necessaires, qui derivent de la nature des choses,“ et quae inde sunt deducta.

velis, consequi non potes. Obligatum autem hominem dicunt sapientiores^{b)} eum, qui e multis actionibus, quas in certa re aut admittere aut omittere posset, illam, vnde malum ipsi immineret, et necessario accideret, fugiendam, hanc vero, qua conditionem suam vel in statu commodiori conseruaret, vel meliorem redderet, amplectendam intelligit. Haec igitur mali metuendi cogitatio atque imago, in animo humano formata, eiusque evitandi studium, illam efficit necessitatem, quam perhibent moralem, aliquid faciendo vel omittendo, in qua omnis cernitur obligationis vis. Mala vero, quae hominibus suas actiones non ad leges componentibus metuenda veniunt, vel reperiuntur in aeterna rerum huius vniuersi conglutinatione, vel in arbitria hominum conuentione. Vtrumque genus spectat eo, quo moneatur homo, ut obseruet leges. Ciuitas quidem est coetus plurium hominum ac familiarium, sedibus et summo vniuersi imperio, communis securitatis causa, consociatus. Singuli eorum, qui hunc implent coetum, ciues sunt ac nominantur, quicquid neget Pv. FENDORFIVS de foeminiis, pueris atque seruis contra HOBESIVM.^{c)} Omnis ciuitas, ut obtineatur finis ab hominibus sub ea iu. iis, leges habeat, necesse est. Leges haec vel aeternae, vel mutabiles, arbitriaeque sunt. Summe imperantis est, curare, ut custodiantur. Huius igitur erit, homines in ciuitate admonere, ne transgrediantur illas. Ad quod quidem alsequendum poenae a principibus inventae, violatisque legibus positae habentur. Quicunque igitur ciuitati alicui subiectus vinit, is quoque ad quaedam admittenda vel omittenda obligatus est. Actiones tales ad officia ciuium sunt referendae. Illa vero hominum coniunctio, cum ciuitate aliqua contracta, dici potest status ciuilis, vnde omnium ciuium iura atque obligationes fluunt. Possunt vero ciues praeter eum statum, quem tribuit ipsis ciuitas, alios subire, modo sint communi ciuium saluti non contrarii sed subordinati. Inter tales status feudalis conspicitur. Hic autem a ciue, aut in ciuitate ipsa, vel cum populari, vel cum principe suo, aut extra illam, vel cum alieno principe, vel ciue ita fere contrahitur, vt, re certa alteri ab altero in possessionem et utilitatem cessa, mutua quaedam eo nomine praefstanda constituantur fidelitas.^{d)} Inde quoque

^{b)} SAM. PVENDORF de iure nat. FENDORFIVS videtur rem publicam Romanam in mente habuisse.

^{c)} Rediis statuit VRICVS HYRE. ^{d)} Fufius de hoc statu differit Cl. CHER. GOTTLÖB BIENERVS Progr. de finibus

❧ ♚ ❧

quoque iura atque obligationes manant. ^{il} Nos autem hoc loco eas tan-
tum obligationes, quae incurrunt iis, qui rem quandam, feudi nomine,
sub hac lege, ut officia certa concedentibus praefleuit, acceperunt, con-
templabimur, illis, quibus dantes erga acceptantes ipsi constringuntur, pla-
ne hinc semotis. Illos vero, qui rem certam sive feuduim ad utilitatem
inde capiendam cum consuetis reliquis iuribus, quibus vtile dominium
absolutum, sub lege fidelitatis, seu praefundorum certi generis officio-
rum ab altero acceperunt, vasallos intelligimus.⁴⁾ Haec de notione ci-
vium et vasallorum eorumque officiis, nominis estup, otey nlaM .ziv
dissimilares sunt, tamen non solum in iure, sed etiam in officiis, et in
opinione. ⁵⁾ Illud. *Similitudo.* si iur, enotientibus

Iam, quas, indagantes horum differentiam, hinc et inde arripimus
similitudines, has praemittere quasi ad gustandum suuat, ut ex iis ipsis dif-
fimilitudo melius appareat. Id omnino monendum est: quicquid ho-
rum officiorum quasi uno eodemque tintillum ac imbutum videatur col-
lore, id oriri ex quibusdam attributis, quae naturam ipsam eorum non
ingreduntur, et ex nominum quorundam simili structura. Ita enim
inuenies, ut omnibus officiis, ita ciuis quoque et vasalli hoc commune
esse, ut, cum prodeant ex obligatione, haec autem ex cogitatione mali
neglectam legem secuturi, in utroque genere adsit quidam, qui prescri-
bat legem, et qui malum in non obseruantis infligendum cureret. Nos
hoc loco dicimus de institutiis humanis, de ciuitate et de contractu feu-
dali. Quare etiam hic homines et latores legum et earum vindices cogi-
temus necesse est.⁴⁾ Is vero, qui ius habet legem dandi, datamque poe-
nis defendendi, iure suo superior habetur. In eo igitur conueniunt, de
quibus agimus, officia, ut certos homines supponant superiores. Mox
alia occurrit ratio, qua iuncta esse communi quodam vinculo videntur.
Ciuis pariter ac vasillus plena libertatis, quam natura omnibus homini-
bus,

*bus iurisprudentiae naturalis circa feu-
da regundis. Lips. 1782. §. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
2) Io. HENR. BERGER Exerc. de fi-
do Vasallitica. Viteb. 1699. §. 2. Ill.
GEORG. LUD. BOEHMERT Principia
iuris feudalis. §. 2. et omnes reliqui do-
ctores.
3) de officiis igitur dantaxat perfectis

nobis quaestio est, quorum notionem,
eo, quod malum contempitoribus eorum
ab hominibus infigitur, ab officiis im-
perfectis distinxit clariss. CAROL. FER-
DINAND. SCHMIDIVS Proluf. de dif-
ferentia officiorum perfectorum ethicae
admodum proficia. Viteb. 1783. p. 6.
sqq.

9

bus, qui nascuntur extra ciuitates, veluti propinat, simulac vires suas atque robur sentire incepunt, non exiguum iacturam fecit. Non enim amplius omnium suarum actionum arbiter est, nec superiori suo exigen-
ti, quod vel ciuitatis utilitati inseruat, vel domini infeudantis voluntati respondeat, iure potest resistere,^{b)} sed restrictam videt in plerisque li-
bertatem naturalem, nihilque retinet praeter obsequii gloriam. Ad
haec in eo quoque officia horum amicissime conspirant, ut ea praestanti-
bus maximum adferant commodum. Ciues enim ciuitatem ingressi tute-
la fruuntur et securitate,^{c)} neque minus esse, ac fuisse vasallos sub pro-
tectione dominorum suorum, nos aetas docet praefens ac praeterita.^{d)}

Quid?

b) De ciue v. PUFENDORFIUS c. I.
L. II. c. I. §. 2. HOBESIUS de ciuis
c. V. §. 11.

c) Quo spectat ritus ille, quo princi-
pes nonnulli tutamen ac defensionem ci-
tibus sanctissime spondent. Ita rex Fran-
corum, Carolus Caluus a 869, cum in
regem electus esset, fidem suam verbis
His obstrinxit: „Sciatis me honorem et
cultum Dei atque sanctarum ecclesiarum,
Dominio adiuuante, conservare
et unumquemque velrum secundum sui
nordinis dignitatem et personam iuxta
meum scire et posse honorare et salua-
re, et honoratum ac salutatum tenere
velle, et unicuique in suo ordine secun-
dum sibi competentes leges tam ecclae-
siasticas quam mundanas legem et iusti-
tiam conservare“ etc. v. Capitul. Ca-
roli Calvi Tit. 41. ap. BALVZ. to. II.
p. 218. Iam ante eum unus regum Me-
rovingicarum stirpis Charibertus, incolis ci-
uitatis Turonensis, feie iisdem verbis,
fecunditatē ex sua parte cum iuramento
promiserat. v. GREGOR TURONENS.
Hist. Franc. IX. 30. verbis: „ut leges
confuetudinesque nouas populo non in-
slingeret, sed in illo quo quondam sub
patris dominatione statu vixerant, in

„ipso hic eos deinceps retineret, neque
„villam nouam ordinacionem se inflitu-
„rum super eos, quod pertinaret ad pro-
„prium (i. e. rei aliquius ablationem) spo-
„nponit.“ Eiusdem fere tenoris sunt
promissa nostrorum imperatorum in Ger-
mania. v. CAPIVLAT. Art. I. v. 2.
„Wie wir denn auch in alle Wege wol-
len die tauthche Nation, das heil. röm.
Reich etc. bey ihren Hoheitēn geist- und
weittlichen Würden, Gerechtigkeiten,
Macht und Gewalt, sonst auch einen je-
den bey seinem Stand und Wesen zu
laffen,“ nec non c. I. Art. II. §. 1. „Wir
„sollen und wollen das Reich, so viel in
„unsern Kräften iß, schirmen und ver-
„mehren.“ Atque tale iuramentum ita
necessario a regibus Francorum olim praef-
standum fuit, ut prius, licet electus, ta-
men a populo non rex proclamaretur.
v. Les Origines ou l'ancien gouverne-
ment de la France de l'Allemagne et de
l'Italie par Ms. le Comte du BYAT to. I.
L. II. c. 11. pag. 96.

d) II. F. 6-26. vers. domino 47. Iam
apud Francos veteres illi auctoritates,
(a quibus verosimiliter nostri orti sunt
vasalli,) a senioribus defendebantur suis.
v. MARCYLEI Formul. I. 18. ap. BA-

B

LVZ.



Quid? quod in genere et ciuium et vasallorum officia simul eo tendunt, vt illorum ope nihil fiat, quo eius, cui illi sint obnoxii, salus laedatur, nihilque omittatur ad auertendas laesiones, quibus sui superioris salus, vita, honor, bona, vndequeaque possint in periculum adduci. Denique, vt reliqua praeteremamus, in eo quoque quadam similitudine se inuicem accidunt, quod iurato promittuntur.^{c)} Vnde haec officia, quantumcumque alias a se discrepantia,^{f)} nec non iuris iurandi religio, quae sanctiora sua cuique debet reddere promissa, uno nomine fidelitatis olim comprehensa, et ab ea ciues et vasalli communiter fideles appellati sunt.^{g)} Eodem modo homines vtrumque genus, quin quasvis personas dominis suis fidei, obsequii, et seruitii nexus obligatas, denotarunt, et sacramenta fidelitatis postea una eademque voce homagii, hominagii, homini, hominisci vel hominatus^{b)} Hulde, Huldigung, in scriptis celebrata sunt. Quae omnia eti inter obligationes ciuiis et vasalli quandam indicent affinitatem, tamen illas, si per singulas earum partes contemplando iueris, non efficiunt aequales, seu per unum quasi sliptem cognatas.

§. IV. *Officia ciuium et vasallorum diuersa sunt 1) ratione originis ac fundamenti.*

Nam redeas modo ad fontem ac originem ciuilium feudaliumque officiorum, et ibi paene sedem omnium discriminum reperies. Ciuium enim

zvz. To. II. p. 386. vbi verba regis senioris, aliquem in numerum suorum antristionum admittentis, haec leguntur: „Rectum est, ut qui nobis fidem pollicentur inlaesam, nos tro tueantur auxilio.“ Atque inter ressentissima exempla tutelae dominorum erga vasallos fuos ostensae, vidimus Bohemum comites Schoenburgicos, fuos subusallos, contra Saxonem defendere, cf. I.O. IAC. MOSER Tr. von der Landeshoheit überhaupt. p. 152 sqq. et EIVSDEM Teutscheischer Friedenschluß mit Anmerk. p. 178. sqq.

e) Ill. GEO. LVD. BOEHMERI Observatu. iur. feud. III. 1. et quidem eterque spondet, se velle esse: getreu und hold.

f) BOEHMER c. 1.

g) v. du FRESNE Glossar. sub v. fideliis et Louis Chantereau le FEBVRE des Fiefs et leur origine p. 280. fq. Cuius moris veteris etiamnum sunt reliquiae in vocibus: „liebe getreu,“ quibus hodie vt plurimum principes vti solent erga subditos aequae ac vasallos, et cum ministeriales quoque olim dicerentur vasalli, etiam erga ministros fuos. Cautissime tamen hoc ex titulo argumentandum esse admonuit ill. GEISLER, praeceptor maxime venerandus, de Landaffatu I. 27. p. 104. sqq.

h) de quo v. ERN. MARTIN. CHLADENIUS diss. de homagio reali. Viteb. 1762. §. 3. 4.

enimi obligationes cum ciuitatibus sunt ortae. Ad has vero erigendas homines impulsi sunt magno, quod vitam eorum exacerbavit solitariam, et vel ipsam iam turbauit socialem, animorum viriumque certamine, cuius pertaeserit, tranquilliori modo viuere sunt meditati. Cui quidem fini consequendo nulla melior iis visa est via, quam si ita se consociarent, ut in iis statuendis, quibus ageretur communis salus atque securitas, omnium ac singulorum voluntas quasi in una persona coalesceret, et quicquid ea in hoc iure ut saluberrimum decerneret, id ab eadem, vi quoque in contumaces adhibita, perferretur. Hinc fides atque obsequium erga cum, qui summam ita accepit in rebus ciuitatis curandis et voluntatem et potestatem, prima quasi sunt fulra, quibus omnia ciuium officia nituntur, quibusque euersis nulla stare potest respublica. Et hinc simil etiam necessitas ciuium in officiis suis exsoluendis non suum, sed commune bonum respiciendi. Varia autem cum sint tempora, in quae saepe incident respublicae, saepe quoque variantur, quae ciuibus a summa potestate ad salutem communem praeflenda iniunguntur. Quicquid vero sit, quod quid facere ad publicam salutem potest, ad hoc omne obeundum ciuium quisque, simul ac ciuitati nomen suum dederit, vel commodis communibus vti cum ceteris voluerit, se obligasse praesumitur. Quisquis enim appetit finem, ei quoque media illum obtinendi debeat placere, necesse est. Quid olim actum cum nostris maioribus fuisset, qui, patria relicta, inter medios Romanos atque hostes, nouas occupauerant fedes, nisi se ipsis communiter seruando defendendosque putassent, ^{a)} et, ut discordia vitaretur, principes, seu reges, quos semel fecuti erant, eorumque filios agnouissent summe imperantes? Quani facile fuisset incolis antiquis vicinisque Romanis nouas has aduenas, excitato tumultu, patria expellere? Quam facile, quod vere sibi metuebant, ab aliis Germanis, eodem se ditandi amore forte incitatis, vel aliis cedendi necessitate comprehensis, iterum fugari potuissent? Adeo vere quaerenda est ciuium ac ciuitatum origo in communi plurium defensione ac securitate. Plane alia est cauſa atque principium fidelitatis Vasallitiae. Quae ipsa est prouentus omnium gentium non communis, sed Germanicarum proprius.

B 2

Ad

^{a)} V. WILH. ROBERTSONS *Geschichte der Regierung K. Carls V. T. I. im Abriss des Zustandes von Europa.* pag. 18. et in n. VIII. p. 272. cf. BYAT & L. L. II, c. 1, pag. 78. fqq.



Ad hanc subeundam primos vasallos non necessitatis quaedam durities coegerit, sed vel gloriae, pro genio populi nativo, insignis cupido,^{b)} vel honoris a regibus instituti praerogativa eximia,^{c)} vel commodorum, pro temporum indigentia, fructus largissimus,^{d)} inuitarunt. Natura officiorum fere ab initio vna eademque fuit. Eo redibat, ut vasalli principum, seu, quos tum dicebant, seniorum personam reverenter colerent atque iis, dum vinerent, vitam suam dicarent. Nec necesse fuit, ut omnes vassilli intuiri beneficiorum ad certa ac singularia officia obligati essent. Multi qui in truste regum seu cuiusdem principis fuere, nullis beneficiis beati erant.^{e)} Vassilli fuerunt pro sola consolatione seu solatio, hoc est, pro tutela, et alimentis, loco stipendiiorum, ut vocem *Trufis* illustriss. BVATVS docebat interpretatur.^{f)} Dicebantur, dum nullo beneficio gaudebant, *vassilli, vasalli errornei.*^{g)} Immo nec beneficior, quibus certi vasalli, pro certis seruitiis, sive militariis sive aulicis exhibentis, a Franciae Germaniaeque regibus ac principibus augebantur, sola possessio, nec mutatio huius personalis possessionis in hereditariam, quicquam in natu-

b) Notissima sunt loca apud TACI-
TVM M. G. 13. „Ceteris (feu ceteri,
vti legit GEBÄVERVS Progr. de comita-
tu principum Germanicorum. Goett.
1754. pag. 3.) „robustioribus ac iam
nrobur inter comites adjici. Magna
comitum aemulatio, quibus primus
„apud Principem suis locus.“

c) Multas vasallis suis seu antrusioni-
bus reges Francorum dederant praero-
gativas, et inter eas maxime maiorem
quam ceterorum dignationem, quae e
triplo maiori, quam pro ceteris inge-
nivis pretio, loco compositionis seu *We-
rigeldi* pro occidente antrusione ab occiso-
re solundo, appareat. v. LEGG. RIVAS-
RIOR. Tit. XI. LEGG. SAL. Tit. 44. Tit.
66. § 3. 4. quas collegit LINDENERO-
GIVS in Codice legg. antiquar. cf.
PHIL. ERNST BERTRAM Abh. von
den Vorzügen und Freyheiten der Va-

fallen bey den Franken in ZEPERNICKS
Samml. der Abh. a. d. Lehrn. P. II. n. 5.
d) v. MONTESQVIEV c. I. XXX. 8.
protectione singularis, accessio terrarum,
et saepe augmentatione allodiorum, praeci-
pua commoda erant.

e) CAPITVL. 813. c. 16. „quod nul-
lus seniorum suum dimittat, posquam
„ab eo accepit valente solidum vnum,
„excepto“ etc. ap. BALVZ. to. I. pag.
510. cf. BVAT L. IV. cap. 5. §. 1. pag.
231.

f) c. I. to. I. L. II. c. 4. §. 4. p. 104.
comparat vocem *Trufis* cum voce Ger-
maniae *Trofis* cf. CAPIT. a. 807. c. 5. et
CAPIT. CAR. CALVI tit. XXX. c. 7.
et 13. ap. BALVZ. cf. MARCVLI Far-
mul. L. I. t. 18.

g) v. MONACH. SANGALL. de ge-
fisi Caroli M. L. II. c. 32. cf. BVAT c. I.
§. 2. et BOEHMERI Observ. iur. feu-
dal. II. pag. 71.

ra veterum officiorum immutauit. Haec tantummodo effecta sunt, vt possessores beneficiorum plerumque vi alicuius certi muneris seu militaris, seu aulici, seu cuiuscunque generis, adhuc, praeter illa communia veterum vasallorum officia, v. c. reverentiam et defensionem, plura, eaque praescripta, obeunda recipenter, successores vero in beneficiis hereditarii, haec officia singularia, non vi obligationis personalis, sed realis, nempe beneficii intuitu, praeflarent. Quare hodie nemo beneficiarius vasallus, refutato beneficio, seu, quod nunc vocatur, feudo, ad praestandum villum vasalliticum, amplius adigitur. Adeo diuersa sunt officia ciuium ac vasallorum ratione originis atque fundamenti sui.

§. V. 2) *ratione ex imperantium.*

Aliud discrimen se ostendit, iis, qui officia haec imponunt, proprius consideratis. Ciubus enim, quae vt ciubus agenda sunt, is, qui summa inter eos viritur potestate, prescribit. Contra ea vasallis, quorum nomine in hac scriptione eos, qui feuda tenent, maxime intelligimus, indicuntur officia a dominis, quemadmodum vocantur, directis. Sed ute que, summe imperans et dominus directus cogere potest eos, qui ciuum aut vasallorum nomen gerunt et quod huic respondeat, agere detrectant, ad parendum. Sed neuter eorum quicquam, quod ad causam contrariam ciuis aut vasalli pertinet, potest suis ciubibus aut vasallis iniungere. Itaque diuersae manent quoad praecipendum horum superiorum personae, et officia ipsa ciuium ac vasallorum e diuerso tanquam fonte manant. Accidit quidem saepe, id quod, recte monente SCHILTERO,^{a)} iam ab initio feudorum contigit, quo reges atque principes feuda cesserunt suis subditis, eaque de suo regno aut territorio, vt vasallus simul esset subditus domini directi sui. Verumtamen haec communis regula non est.^{b)} Ita enim praeccipue in Germania, superioritate, quam vocant, territoriali paulatim orta ac fundata, multi vasalli alias colunt principes, alias dominos directos, adeo vt inde notio enata sit feudorum extra curtem, seu extra territorium. In quibus quidem, plerumque praeria oblatione rerum bonorumque in feudum alieno principi a ciubibus cuius,

^{a)} Commentar. ad L. F. Al. c. IV. ^{b)} v. hac de re late differentem GEIS. LEBVM de Land, I, 13, p. 40, sqq.

cuiusdam territorii facta, constitutis, principes ipsi territoriorum diligenter prouiderunt, ne confunderentur personae principis et domini directi. Non solum enim curarunt, ut vel in ipsis literis iusserit, ab alieno principe, tanquam domino directo, feudum ita constitutum possidenti datis, nouus vasallus de seruitiis contra omnes, excepto sui territorii principe, praestans, moneretur, sed etiam interdum, nondum satis certi sui iuris territorialis, priuilegia ab imperatoribus, ne quisquam subditorum se principi alieno vt vasallum dare posset absque domini territorii consensu, impetrare studuerunt. ^{c)}

§. VI. 3) ratione modi ea subeundi.

Porro si ipsum, quo ciuis et vasallus ad officia exhibenda se obstrin-
gunt, contemplamur modum, nouam inter vtrumque deprehendimus dif-
ferentiam. Domicilio perpetuo in territorio quodam constituto, ciuem,
et ad personalia, et, acquisita ibi rei alicuius immobilis possessione, ad
realia subiectio[n]is onera, ex consensu vel expresso, vel tacito in commu-
nem omnium salutem, obligari, quin extraneum ipsum ob possessionem
bonorum immobilium, quea de territorio alieno sunt, eius territorii,
quoad onera realia, ciuem et subiectum fieri, eorumque nomine in illo
territorio conueniri posse, nemo dubitat. ^{a)} Quod vero in iis terris,
vbi landfassatus plenus viget, vt apud nos, etiam, qui siue vt vasallus,
siue alio nomine praedia ibi possidet, licet alibi habet, personali quo-
que subiectio[n]e, territorio habetur isti obnoxius, singularis obseruantia
est, et duntaxat hanc vim habet, vt, vbi gaudeat praedius, ibi ob iura per-
sonalia, quea vel ex conuentione vel ex delicio oriuntur, aequa ac ob
iura rerum, possit conueniri et in ius vocari. Ceterum vero, nisi depre-
hendi-

c) v. exempla ap. BOEHMER, Obs. feudal. XII. 1. add. exemplum conuen-
tionis a ducibus Saxonie Ernesto et Al-
berto ao. 1482. in hunc finem cum Vla-
dislao rege Bohemiae initae, vi ille Dy-
naftias Glauchae, Waldenburgii et Lich-
tensteinii, sub dictione Saxonie sitas, non
alster infideundae, nisi salua superiorita-
te territoriali Saxonica, ap. WABSTIVM

histor. Nachrichten von des Churfür-
stenth. Sachs. Verfaßung S. I. cap. 1.
§. 33. p. 41. cf. GRIBNERI diss. de
domino dir. in territorio alieno. §. 5. in
Opusc. to. IV. p. 111. Vnde adcurate
discernenda sunt feuda Bohemiae, quae
titulo Teutonicu dantur, a reliquis. v.
idem GEISLER I. c. p. 43.

a) v. CHLADENIUS c. l. p. 28.

henditur in territorio isto, nullus potest actus vel executio in personam eius, vi subiectionis personalis, quam landfassius plenus profert, illo modo fieri, sed haec potius in sola eius bona, quae in territorio illo, cuius est landfassus, sita reperiuntur, explicanda venit.^{b)} Quare ille plenus, qui vocatur landfassius, iis, qui tantum bona, nec sedem in alterius principis prouincia habent, non plenam atque vere personalem subiectionem, meo quidem iudicio iniicere videtur. Cuiutat enim tali non in eius, vti ceterorum, qui in territorio cohabitant, corpus atque vitam, ius est quaeſitum: sed competit tantum, iurisdictio in personalibus contra tales posſeſſorem institutis actionibus, et, finita cauſa, executio in bona condenati, quae ſub ea iacent. Hinc etiam huic poſſeſſori officia magis rerum intuitu, quam perfonae ſunt praeflenda. Magis vero ambigua eſt quaefatio, an, qui ad tempus in territorio quodam commoretur, ab officiis ciuilibus praeflendis fit immuniſis? Quae res, vti, cui attendatur, digna, ita iam doctiſſimorum virorum occupauit ingenia.^{c)} Quo enim peregrini, nec perfonam publicam, nec hoſtilem referentes, ſeſe recipiunt, tacite et ipſo facto voluntaria declarant subiectionem ſuam. Peregrinus enim quiske cupit ſecuritate frui cum ceteris. Percepit praeterea e publicis emolumenſis. Quare ſi velit commodis vti, etiam, ſine quibus illa comparari nequit, velle, recte praefumitur. Accedit alia ratio. Principis cuiusque eſt, videre, ne ſalus publica turbetur. Hinc iure omnes, qui intra territorii limites viuant, legibus ſuis ſubieciendi, vtitur. Hinc iure ſuo exigit, ut ciues temporarii aequae ac perpetui ea omnia obſeruent, quibus communis ciuium proſpicitur bono. Iam vero quaeritur, quo modo vinculum feudale connectatur? Nexus

^{b)} LYNKER Rep. Vol. I. n. 56. p. 412, et MÜLLERVS c. I. cf. MENKE 411. sq. et Vol. II. n. 57. p. 203. HORN NII diſſ. de foro competente vasallorum in Vol. Consultatt. pag. 901. qui idem et ſimultanee inueſtiturum (Lipſ. 1716.) de principatu Anhaltino defendit. Ibid. S. III. §. 9. lqg. v. Mandat. IOANNIS GEORG. II. Elecſ. d. d. 1. Jun. 1637. wegen Suchung der Lehen und gesammten Hand.

^{c)} v. ill. SCHOTTI diſſ. de vi legum ciuili. in ſubditos temporarios. Lipſ. 1772. cf. BVRI Erl. des Schilt. Letur. P. II. p. m, 66j.

feudalem contractu feudalii ligari; constat inter omnes. Hoc non inuenito nemo vasallus, nusquam fidelitas a vasallo exhibenda inuenitur. Ad illum vero iureundum, vtriusque domini et vasalli, opus est consensu, qui declaratur, accepta a vasallo re a domino in feudum data, et facta domino inuicem a vasallo fidei promissione. Nemini obrudi feendum debet. Amore enim et honore domini acquirendum est.⁴⁾ Nec sine iusto titulo dominus ad dandum feendum obligatur. His autem rebus peractis, quae consensum docent, nata est ex parte vasallorum obligatio ad officia promissione comprehensa. Nec haec efficitur, quae solet adhiberi, iurisurandi solennitate, quippe quae a domino remitti potest.⁵⁾ Quae cum ita sint, tollitur is contractus, feudo a vasallo aut ob malam fidem perditio, aut domino refutato, aut forte interitu erupto, et finitur ita vasalli ad fidelitatem obligatio.

Differunt præterea haec officia modo, quo ea quisque vel ciuis vel vasallus polliceri solet. Vtraque enim iurato promittuntur: non ut inde demum efficiantur ciues et vasalli, sed ut eorum obligationibus maior vis accedat. Hae autem iuratae promissiones, origine, tempore, tenore, ritibus et locis a se discedunt quam longissime. Quando enim quaefueris, ex quo vasalli et ciues officiis suis, hanc iureiurando sanctitatem conciliare coeperint, illos his citius hoc fecisse inuenies. In Germania liberiori vtriusque sacramenti nullum occurrit vestigium, nisi ex auctorum verbis,⁶⁾ quibus fidem Germanorum comitum erga suos principes, religionemque, qua ab illis ea fuisset culta, descriperunt, quandam solennitatem, sub qua pietatem in suos principes spondere soliti sunt, nostra ad sacramenta accedente in fingeri tibi volueris. Certius est, apud Francos, regno in Gallia constituto, et auctoritate clericorum cum religione christiana cooptata, solennes mox diuini nominis et sanctorum invocationes ad assueranda dicta adhiberi coepisse. Ita iam regibus Fran-

⁴⁾ J. F. 37. pr. cf. II. F. 3. §. 4, quod quomodo intelligendum sit, pluribus explicit Geissler de feudo emitio. §. 3. lqq.

⁵⁾ arg. II. F. 3. §. 4. ⁶⁾ Tacit. M. G. 14. Ivl. Caes. B. G. III. 22.

corum prima ex stirpe oriundis, comites et vasallos iuratam praefitisse fidem legimus.^{b)} Quem iurandi modum sub regibus secundae stirpis inter vasallos regum ac principum vterius se propagasse, nobis fere innumeris persuadent monumenta.^{c)} At vero usque ad auspicia Caroli M. praeter vasallos, et qui ex iis munera suscepserant certa, superiori alicui fidem iurauit nemo. Multo minus hucusque, licet aliud tradente III. SCHMIDTIO,^{d)} omnis populus, hoc est, omnes, liberi, ac ingenui, fidem subiectionis, tanquam ciues viuis regni, sacramento quodam regibus assueraverant. Multo minus actus solennis, quem cum nostris homagiis, *Landerhuldigungen* componere possimus, unquam hucusque celebratus legitur. GREGORIVM enim TURONENSEM, antiquissimum Francorum scriptorem, si consulimus,^{e)} is post mortem quidem Chlodouae anno 511 Mundericum quendam Burgundum, rebellem contra Theudericum regem, a rusticā multitudine, eum honorante ut regem, sacramentum fidelitatis exegisse, refert. Sed, cum hoc ipse tanquam quid noui narrasse, et hoc ille rex nouus suae securitatis nomine fecisset videatur, in exemplum res haec vocari non potest. Mox vero apparet, morem inualuisse apud Francos, ut noui reges sacramenta fidelitatis a singulis regni sui civitatibus seu urbibus fumerent, ^{f)} vel ut a perfidia earum, et a fraternis insidiis, quarum turpitudine flagrabat illa actas, tuti essent, vel quoniam in regnis Francorum, civitates, quippe maximam partem a Romanis Gallisque inhabitatae, in archiori vinculo, ut tributariae, velut ciuitas Turonenis, videntur suisse habitae. Nec haec communia ac omnium subditorum homagia fuisse HERTIVS^{g)} probavit. Ita etiam populi debellati, velut an. 749, Baioarri, Pipino regi sacramenta

^{b)} GREGOR. TUR. Hist. Franc. V. 27. VI. 11. IX. 20. Si conjecturae aliquid dandum esset, origo huius moris in sacramenti militum Romanorum lenitatem, quae aut per Francos olim in exercitu Romano stipendia promeritos, aut per clericos maximam partem natalibus Romanis ortos, in novo Francorum regno innovuit, fortasse posset inueniri.

^{c)} v. c. CAPITVL. Caroli M. a. 789.

ap. BALVZ. t. I. p. 243. cf. Exemplum Tassilonis iurantis Carolo M. fidem, ap. AIMOIN. L. IV. c. 64.

^{d)} Gesch. d. D. L. I. c. 12, p. m. 184.

^{e)} c. I. III. 14.

^{f)} GREG. TUR. c. I. VII. 7. VII. 8. VII. 12. VII. 13. VII. 26. IX. 50. IX. 51.

^{g)} de Noit. regu. Franc. vet. c. IV. §. 14.

cramenta fecere, „ut ne ulterius rebellis existarent.“⁴⁾ De obsequio ab omni populo, hoc temporis spatio, regibus jurato promisso, omnes silent veteres auctores. GREGORIUS quidem TURONENSIS diligenter notauit solennia, sub quibus reges ex prima progenie apud Francos, regna sua auspicati sunt. Fiebat ab initio more Germanorum, rege, quem scuto imponebant, supra se eleuato.⁵⁾ Continuator FREDEGARIUS SCHOLASTICI Chronicus,⁶⁾ ad an. 752 his verbis: „quo tempore via cum conflito et confusu omnium Francorum, missa relatione, a sede apostolica percepta, praecelsus Pipinus electione totius Franciae in sedem regni cum consecratione episcoporum, et subiectione principum, una cum regina Bertrandane, ut antiquitus ordo deposit, sublimatur in regno,“ omnes quasi enumerat inaugurationis regiae inter Francos solennitates. Nullum vero sacramentum commune subditorum inter eas memoratur. Carolus M. primus videtur hoc instituisse, quod ne ipsi quidem capessenti imperii habendas antea contigerat,⁷⁾ vt populus vniuersus postea regibus sacramen-

ta munera distinxerit, sicut agnon et celi ad electissam iuvon biop manum rationem Theodorici regis Francorum.

⁴⁾ FREDEGARIUS SCHOLASTICI Chronicus p. 111. c. 117. de Saxonibus v. loc. eund.

⁵⁾ GREG. TUR. c. I. II. 49. Ripuarii, amissu rege, Chlodovaeum ipsos hortatum, vt ad ipsum converterentur et sub eius effent defensione, a. 491 „plaudentes tam parmis, quam vocibus, eum chlypeo euctum super se regem constituant.“ Qui quidem mos adhuc post annum 584 regnauit. Tum enim, auctore GREG. TUR. c. I. VII. 10. Gundoulas quidam, qui Chlotarii se regis filium serebat, parmae superpositus rex est levatus, sed cum tertio cum eo gyrrarent, cecidi fertur, cf. HERTII Notit. regni Franc. vet. c. IV. §. 10. Opp. Vol. I. p. 1. p. 367. in primisque KLOTZIVS in disput. de inauguratione principum super chlypeo. Hal. 1770. §. 6. seqq.

⁶⁾ p. 111. c. 117. Nec pertinet hic, quae scripsit HADRIANVS VALESIVS L. XXI. Rer. Franc. p. 259. ad inaugu-

rationem Theodorici regis Francorum. „Solebant tum optimates Francorum ad constituendum regem conuenire ac in electi singula verba iurare.“ Sane enim optimates, qui defuncti regis commendati et valalli fuerant, primum le in fidem eligendi regis tanquam noui servos commendabant, er occasione ista ei iurabant fidelitatem. Quae quidem commendationes optimatum, quos certi plerumque initabantur, signa esse certissima solebant acquirendi regni, regnum capientibus, restatur BAVATVS c. I. to. I. L. II. c. 2. Nihil enim ipsis tum dicerat ad dignitatem regiam, quam clamatio populi, cf. ill. CAROL. RVD. GRAEFE ProL sub rubro: *Fidelitas ac commendatio prima foederis formula in propriis et fiscalibus bonis.* Lips. 1773. pag. 14.

⁷⁾ Silet enim de hac re diligenter mus scriptor vitae CAROLI M. EGARDVS.

tum fidelitatis praestaret. Senserat enim, iam obseruante HILDEBRAN.
do, ^{m)} rex ille magnus, hunc morem iurandi a solis vasallis visitatum, a
ceteris ciuibus regni in abusum fuisse deductum, omnemque fidelitatem
ab his ad solos vasallos reiectam fuisse. Quare, ne haec ciuium suorum
opinio peruersa latius se exsereret, iuramentum fidelitatis extendere in
reliquo subditos non vasallos coepit, et initium fecit inde, ut, Impera-
tor factus, omnes vasallos suos iuramenta fidelitatis iuberet renouare eo-
dem tenore, quo ipsi ut regi antea praesertim, ⁿ⁾ v. c. ex formula in
CAPITVL. de an. 789. ap. BALVZ. T. I. p. 500. Quo facto, an. 802.
ceteros quoque subditos fidelitatem sibi iurare iussit, ^{o)} idque mox repe-
tit an. 812, quippe quo anno misit in provincias, qui imperatoris no-
mine, explicata prius iuris iurandi religione atque formula, iuratam fide-
litatem ab omni populo exigerent. ^{p)} Qui quidem mos regum etiam a
subditis iuratam recipendi fidem, non solum post Carolum M. in Fran-
cia retentus, ^{q)} sed etiam postea in Germaniae regno subinde adhibitus. ^{r)}
Quin inde a seculo XII. et XIII. adolescenti principa Germaniae iure
territoriali, eadem consuetudo, sicut iuratum a subditis accipiendi, in-
ter principes singulorum territoriorum inualuit. ^{s)} Adeo vera est conie-
ctura SCHILTERI, ^{t)} quod sacramentum fidelitatis a vasallis praestan-

C 2 das

^{m)} diff. de vasallagio subiectiōnem
non inferente. §. 4.

ⁿ⁾ v. FASTOS CAROLINOS s. Rer.
a Carolo M. Imp. gesl. seriem, ad ann.
801. „Post natalem S. Ioannis Bapti-
stiae Imperator transgressus Alpes in
„Germaniam rediit, ac deinde annum
plenē integrum Aquigrani commorau-
tus est. Eo conuocatis e Galia et Ger-
mania proceribus sacramenta renouau-
vit, Capitul. a. 802. c. 2. Ut omnis
„homino in toto regno suo, siue ecclesiā-
sticus, siue laicus unusquisque secun-
dum votum et propositum, qui anteag-
fidelitatem sibi Regis nomine promis-
set, nunc ipsius promissum hominis
„Caesaris faciat.“ ap. BALVZ. 10. I. L. I.
c. 2. p. 375.

^{o)} Capitul. d. a. 802. c. I. ap. BA-

LVZ. c. I. „de fidelitate iuriandum ut
nomines repromittant.“ cf. Not. BALV-
Z. 11 ad h. l. t. II. c. I. pag. 1056.

^{p)} Capitul. Car. M. d. a. 812. c. 13,
ap. BALVZ. c. I. t. I. p. 500.

^{q)} de Ludonico Pio v. Capitul. Eius
d. a. 825. ap. BALVZ. t. I. p. 658. et
LEHMANN Chron. Spir. L. II. c. 18.
p. 89. de Carolo Calvo extant carmina
ipsa iuramenti nationis Capit. Car. Calv.
c. 15. cf. MARCVL. Form. l. I. Form.
40. et BVAT. c. I. II. c. 6.

^{r)} de Conrado II. Imp. v. WIPPO in
ei. vita p. 428. cf. de SPQR. diff. de
nat. vasall. et subiect. §. 4. p. 20. sq.

^{s)} Testimonia v. in SCHROETTERI
Abh. II. aus dem Oesterreich. Staats-
rechte. Viennae 1762. Seq. II. §. 2. 3.

^{t)} Comment. ad I. F. Al. c. IV. §. 9.



dae praecesserit antiquitate illud subditorum. Licet vero hodie ciues et vasalli se suis quisque officiis iuramento quodam adstringere soleant: tamen hoc non semper uno sit tempore, sed saepe diuerso. Vasallus qui dem, quoties vinculum, quod hodie reale est, inter ipsum ac dominum vel ex sua, vel e domini parte ruptum aut saltim infractum intelligitur, et quoties noua opus est iustitia, toties hanc soluit solemnitatem, subditus vero, aut quando inter ciues ceteros recipitur, aut quando omnis populus in solenni principis inauguratione, palam iuramento fidem profitetur futuram. Ita sit in ordine. Nos enim non curat, quod in Germania, praeter ciuitates Imperii, pagosque immediatos,^{u)} ceteri ciues Imperii non singulare homagium praestent. Nam ii sunt vel vasalli Imperii, et homagium una cum vasallagio coniunctum praeflant,^{v)} vel sunt nobiles immediati, et, dum in leges suas equestres iurant, per indirectum reuera homagium simul imperatori praeflant. Neque magis nobis quis obiciat, quod sint vasalli, qui iuratam fidelitatem seu vasallagium non deponunt. His enim interdum haec solemnitas iurandi plane remissa, vel hanc faciendi necessitas hucusque indulta est.^{w)} Tenor quoque viariusque iuramenti, proprius si inspicis, varius et a se discrepans appetat. Verba quidem singula, si ea attendere placeat, non satis idonea huius vel illius officiorum generis indicia sunt. Antiquissimis enim temporibus verba, quibus sacramenta fidelitatis et a vasallis et a subditis enuncianda concipiebantur, fere eiusdem tenoris ae formae erant.^{x)} In Germania demum

^{u)} v. Tr. Vond. Huldigung der Reichsfeud. Francof. 1746. §. 28.

^{v)} v. PÜTTERI Institut. Iur. publ. Germ. §. 51. 52. ITTER de feud. Imp. e. XI. §. 43. sqq. MOELLER dislinc. feud. c. XIII. d. 1. Quod quidem etiam in feudis Landsassicis contingit, nisi quid aliud, veluti in Megalopoli, ubi vasallagium et homagium distinctis formulis praefenda sunt, (v. MOELLER e. l. n. 13.) formula territorii praecipiat.

^{w)} v. c. iis, qui ab inferioribus dignitate feuda accipere solent, aut quos honorare vult dominus directus, v. BY-

DERI Amoenitat. iur. feud. VIII. HORN c. l. c. XIII. §. 9. Quod in primis in patria nostra de Commendatoribus Ordinis Teutonici notandum est. v. GEISLER de loco iustitiae Marb. 1779. §. 4.

^{x)} cf. formul. Capitul. a. 789. ap. BALVZ. c. l. to. I. p. 500. Capitul. Car. Calu. d. a. 854. c. 13. ap. BALVZ. c. l. to. II. p. 71. et alias, quas conscriptas inuenies ap. de SPOR c. l. §. IV. n. a. p. 18. sq. Omnes iurarunt: "fidelis sum et ero absque fraude et malo ingenio." SCHILTER c. l. HILDEBRANDYS c. l. §. 4. p. 10.

deum, ex quo ibi feuda extra curtem frequentari coeperunt, hae formulae, hucusque non adeo multum distinctae, ad magis discernenda iura principum et dominorum directorum, tum saepe impugnata, distinctius conceptae videntur. Quare singulæ formulae mutatae sunt eo fere tenore, quo II. F. 5. legimus, modo adiecta clausa: „ego ero fidelis, sicut debet esse vasallus domino. Fürder alles das zu thun, was ein treuer Lehnsmann seinem Herrn seiner Lehn halber von Recht und Gewohnheit zu thun pflichtig ist.“¹⁾ aut si iurabat subditus, his additis: „alles das zu thun, was getreue und gehorsame Unterthanen ihren natürlichen rechten Herrn schuldig und pflichtig zu thun sind.“²⁾ Hae vere sunt duplicitis huius sacramenti notae distinguentes. Cetera, quae traduntur, tanquam signa diuersitatis, sunt fallacia, veluti quedam posita vel omissa verba: v. c. „gehorsam und unterthaenig.“ Haec enim promiscue usurpantur.^{aa)} Ritus porro, qui iurantibus adhibentur, utrum varie constituti, ita sua sponte diuersitatem promissorum indicant. Vasalli enim omnes inde ab origine eorum vasallagium flexis genibus, praeter alias obseruantia coniunctives praefliterunt, atque etiamnun praefstant, nisi hoc obseruantia huius vel illius curiae feudalii abrogatum cernitur. Subditi ab omni inde tempore fidelitatem stantes promittunt, et homagium semper in verba domini praesentes, nec per alium, iurare tenentur; vasalli autem hodie per procuratores fidem suam adstringere possunt.^{bb)} Loca denique ipsa, vbi sacramenta superioribus iurantur, quandam in hoc, de quo querimus, promittendi modo, efficiunt diuersitatem. Cives enim, ex obseruantia, intra ciuitatis moenia, sub dio, aut principi ipso, aut eius legato, subiectionem iurato pollicentur, vasalli vero inuestitaram vel huius renovationem desiderantes, in loco, vbi dominus dir. habitat, vel ciuitam or-

C 3

y) cf. I. F. Al. c. IV. et I. F. S. c. III. „wegen zu thun und zu lassen, schuldig seyn.“²⁾ Ita iuravit ciuitas Ratisbonensis a.

1718. v. FADERS Staatskanzley T. 32. p. 567. Eodem resplicunt verba, quibus ciues Saxonici ao. 1769. Electori Serenissimo homagium praefliterunt: „auch sonst alle andre thun, halten und lassen, was getreue Unterthanen gegen aero Landesfürsten, von Gottes, auch von Gewohnheit und Rechts-

aa) Exemplum vocis: „gehorsam und unterthaenig“, omissae, in homagio ciuitatis Imp. Coloniensis, Maximiliano I. praefrito inuenitur in Journal von und für Teutschland, c. l. v. de hac voce GESLERVM de Landf. I. 25. p. 93.

bb) VIETOR c. l. concl. 22. n. 4.
N. Saechs.

¶ ¶ ¶

dinavit, iurant fidelitatem, nisi ab hac, adeundi dominum ipsum, necessitate, singulari sunt exempti privilegio.^{ee)} Quo vero vitetur iuramentorum multitudo, cautum est in plerisque feudis landsassis, ut quando cives homagium praestant, vasalli nuda committantur promissioni, iureu-rando ipso in actum inuestiture, quo homagium simul cum vasallagio praestant, dilato.^{dd)} Quare iuriurandum a vasallo tali dici solet *homagium vasalliticum.*^{ee)}

§. VIII. 5) ratione indolis internae.

Quod ad naturam indolemque ipsam, qua diversa ciuis et vasalli officiorum ratio sece offert, contemplandam attinet, ipsa et intuitu generis, circa quod versatur, et intuitu ambitus, quo usque exiguntur, et loci et temporis, ubi et quando praeflantur, valde dispari se habet modo. Cum enim in ciuium officiis diiudicandis ad ciuitatis finem semper redeundum sit, sequitur, cuius esse, ut, qualia saluti reipublicae internae pariter ac externae inferniunt tuendae, ad talia officia subeunda, animum viresque suas inclinet, et in primis, quando iubetur ea praestare, proutum paratumque se ostendat. Hinc obligatio ad patriam defendendam, ad principem tuendum: hinc necessitas, mores ad legum normam componendi, et quae sunt alia, quae omnia hic enumerare, institutum non fert. Collatis cum his vasallorum officiis, in eo haec ab illis cernimus discedere, quod haec regit dominorum utilitas. Ea vero ordinatur vel feudorum omnium essentia, vel eorum ratione communi, vel conventionibus peculiaribus. Inde capiunt officia vasallorum suam indolem ac rationem, atque inde vasallus suas ipse agnoscit obligationes. Est igitur, ut his utr exemplis, vasallus in vniuerbum ad haec omnia, quae singularis reuerentiae sunt signa, domino exhibenda obstrictus,^{a)} est vero etiam haec praecipua

N. Saechf. *Lehnsmandat.* de 1764. tit.

III. §. 1.

ee) v. c. Archiduces Austriae, et non nulli alii, quos vide in *BVDERI Amoen. iur. ferd.* n. III. cf. *Tr. von der Huldigung der Reichsstädte* §. 2. *GEISLER de loco inuestiturae.*

dd) *HORN* c. I. c. XIII. §. 6.

ee) *WERNI. Obseru. for. suppl. nou.* ad Part. IV. Obs. II. pag. 22.

a) II. F. 23. pr. *VET. AVCT. de Be-neſ. c. I. 38. v. ill. WIESAND de pri-ſco honore domiu a Vasallo praefando Lipl. 1764. et *HOMMELIUS in Rhaps.* obs. 284.*

cipua recti feudi virtus, vt vasallus quilibet possessor domino directo sub armis seruiat,^{b)} est feudo officii proprium, vt a vasallo possessore ministeria quaedam obeantur.^{c)} Quid? quod olim partes reipublicae gerendae, veluti imperium militum et iurisdictionem per certas regiones feudorum possessionibus quasi inhaerebant. Itaque quaecunque officia, nec ex singulari reverentia, nec ex fidelite, seu complexu actionum intuitu feudi praescriptarum proficiuntur, ad ea,^{d)} nec vasallus, qua talis, domino praestanda, cogi vnguam debet. Quousque vero se expandat talia officia exhibendi necessitas, quibusque continetur limitibus, facile intelligit vasallus. Nam, si a reverentia domino debita discesseris, cetera sua officia quilibet sere vasallus vel ex contractu feudalii, vel ex communis feudi sui ratione paene ad vnguem recensere poterit. Quoad vero pateat ciuis, qua talis, obligatio, quantusue sit numerus eius officiorum, vna quasi tabula intuendum proponi non potest. Quot enim communis flagitat utilitas, tot quoque debet officia. Ipse ignorat eorum ambitum ac finem. Temporum varietas, varia quoque ac noua subinde ciuibus officia imponit. Loca si spectas atque regiones, in quibus vasalli et ciues suis debent satisfacere officiis; etiam discriminem quoddam inter eos reperies. Ciues quidem pro antiquissimo fine ciuitatum nusquam alibi in regula, quam intra ciuitatem, finesque regionis, quibus illi se tenerint inclusos, habent, quod operas aut munera conferant. Quare omnes gentes statu naturali vix egressae, necedum stimulis millesariis subactae, velut olim veteres Germani, suos fecuti aequi ac naturae intimos sensus, cogi se ad bellum aliquod extra patriam proferendum, nisi eo (hinc *Lantiuero dicto*) praesentissima pericula a patria auerterentur, non facile sunt passi.^{e)} Multo minus ad principum suorum diuitias augendas, totae ciuitates, exiturae in bellum, patriam reliquissent. In qua quidem re errare nobis non videmur, quando ciuium officiis regionem ciuitatis, in qua illa agunt, quasi centrum praesigamus, circa quam, licet fines patriae interdum transcant, ducantur. Quicquid igitur non pertinet

b) I. F. A. c. 113. § 1.

c) V. MASCOVII diff. de origine officiorum, quil. S. R. I. Lips. 1718. BYDERI diff. de feudis official. hereditar. et provinciis regni Germ. c. 2. §. 2. 3. 4.

d) BOEHMER Princ. iur. feud. §. 220.

e) IVL. CAESAR. B.G. VI. 23. TACITVS M. G. 11. Capitul. Car. Calvi ap. Marsnam de a. 847. §. 5. ap. BALVZ c. 1. to. II. p. 44. et Capitul. Car. Calvina de a. 877. L. III. §. 10. ap. BALVZ c. 1. p. 264.

net ad eius incolumentem, ad id assequendum ciues, qua ciues, vlo modo compelli non videtur fas esse, sed arbitrio eorum et antiquae libertati relinquendam.^{f)} Ex aduerso vero imminente aliquo publico periculo, ciues, vt ciuitatem non relinquant, sed in eo fidem suam praesent, iure possunt adigi. Hinc praecepta principum prohibitiua, ne quis ciuis sine principis consensu, sive bona, sive nulla teneat, castra alieni principis sequatur, ancipitibus temporibus emissu, nihil iniusti praeferunt, maxime cum ea^{g)} praediorum in territorio iubentis principis sitorum possessores concernunt. De vasallis nullum fere dubium est, an si nexum vasalliticum repetis ab ultima origine, ii, vbiunque domino placuerit, in regula seruire debeant, et an ii, quos vocarunt ligios vasallos, sive homines, quippe qui contra omnes, qui possent viuere et mori, dominos se adiutores prosteri consueverunt,^{h)} et sub ea lege posse derunt beneficia et feuda, omnibus vasallis quasi fuerint exemplo,ⁱ⁾ donec inter dominum ac vasallum aliud quid probetur constitutum ac con-

f) Inde explicetur quaestio iuris publici, an territorii principi, lucri sibi comparandi caufa, ciues, ad stipendia, pro extero quodam principe, et sub eius ductu ac auspiciis merenda, cogere unquam licet? Bonus princeps, non vltuis, sed vt ciuium rationibus prospiciat, summaria reipublicae manibus suis commissam putat. Conferatur Iter arcadicum, quod apud Batauos superiore seculo incerto auctore prodit.

g) v. g. MAND. EL. SAX. IO. GEO. II. de a. 1672, 1676. IO. GEO. III. de a. 1681, 1683, contra militum conscriptiones ab exteris susceptras, in COp. AVG. TO. I. p. 1227—2234. Quod tamen ius principis, ciues solum patrium mutatos singulos retinendi, noluerim ad pacis tempora extendi, cum alias libertas ciuium, in primis Germanorum, principes et bellum apud exterros quererendi, quam ipsae leges in hoc genere exceperunt. (v. MAND. EL. SAX. de a. 1586,

Cod. AVG. TO. I. p. 218. sq. verb. „damit sich keiner unsrer Lehnleute, Unterthanen und Schutzverwandten in solche Kriegshandlung (cum Gallo-Franco, qui tum artibus et dolis milites conscribere in Saxonia cooperat) unbefonner weise einlasse, dadurch nicht allein „die teutsche Libertät und Freyheit schädlich gemischartet, „etc.) misere in servitutem quandam transferretur. V. STRUBEN in den Nebenst. TO. III. p. 332. sqq. et L. B. de PLESSEN de libertate Germanica. Hal. 1740.

h) v. Formulam, qua Philippus Franciae rex pro ducatu Aquitaniae hominem rege Angliae Eduardo II. anno 1331, sibi praestandum curauit ap. du FRESNE Glos. v. ligius.

i) v. Lud. Sigfridus Comes Vicedominus ab ECKSTÄDT. diss. de feudis ligii. Lips. 1736. §. 14, 15. et II. F. 28. §. 4.

uentum.^{b)} Tempus denique ipsum, quo vasallus atque ciues ad soluenda sua officia prompti comparere debent, tanquam notam discernendi haec officia agnosces. Nam si ea, quae vasallus domino ob singularem debet reuerentiam ac pietatem, et ab eo omni tempore obseruanda veniunt, exceptoris, ceterorum nullum, priusquam indictum fuerit, teneatur vnguam exhibere.^{c)} Contra vero subditis seu civibus semper ac continuo obeunda sunt officia, neque expectandum, quando demum monentur. Leges femei datae, nec a summa potestate reuocatae, omnes in perpetuum obstringunt. Inter eos nulla vacatio nisi per priuilegium sit.

§. IX. 6) ratione iudiciorum et poenarum.

Cum vero ciuis et vasallus moram in officiis necessario impletis negere, aut temere negare ea audet, tum quidem ius reuocandi, quin cogendi contumaciam sub leges, competit cuiusque dominō. Sed cum in re dubia nemo, nisi antea caussis dubitationum cognitis, iure ad quicquam cogi, neque quis ob moram aut ob recusatum aliquod officium, nisi antea auditis eius excusationibus, poena affici debeat, ea quoque in caussis ciuium ac vasallorum, siue morae, siue contumaciae reorum, nunquam non praecedant, sana ratio iubet. Nihilo minus tamen iterum et in loco, vbi cognoscuntur caussae violatae fidei, et in genere malorum, quibus obseratur prauitas futura, quaedam inter ciues et vasallos diuersitas emergit. Ciues enim, siue perpetui siue temporarii, ab eius territorii, in quo agunt, negotiaque gerunt, aut delicta perpetrant, principe iudicantur in iudiciorum ordinariis intra territorium. Vasalli vero iudicem agnoscunt dominum directum, modo sit persona, quae ordinariam, per certum terrae tractum, iurisdictionem exercere possit:^{d)} quin saepe extra terram, sub qua feuda sita sunt, se sistere in iudicio domini sui debent, veluti in feudis extra curtem. Cuius quidem diuersorum iudiciorum

^{b)} Exemplum talis pasti suppeditat H v. BOEHMERI *Princ. iur. feudat.*
HORNIVS *Lebensgeschichte Friedrich des Streitbaren.* Codice Fridericiano §. 235.
pag. 877. vbi Elector vasallis suis promilit: „auch sollen und wollen wir unsere Mannschaft zu Sachsen mit Dienstten uswendig unser Landen nicht beschweren, es geschee den mit yren Willen.“

^{a)} BOEHMERI *Obs. iur. feud. XII.*
§. 7—9. Ch. BIENERI diss. de originibus iurisdictionis feudalis ex iurisdictione ordinaria repetundis. Lips. 1780.
cf. EIVSDEM diss. de iurisdictione ordinaria et exenta. Lips. 1777. §. 1.

D



ciorum rationis causa, vel in ciuitatum indele, vel in moribus Germaniae antiquis latet. Omnis iurisdictio pars imperii summi est. Cives enim, cum sentirent, quoad sua cuique manu iura sumere liceret, iusque vltionis in viribus armisque esset, bella vindictasque per pessimum priuatas ob animorum discrepantiam, et feruorem animi, inter ipsos se. re perpetuas fore, hanc vim vlciscendi, cum iure praeui cognoscendi atque vltionis modum inuenienti, summe imperantibus prudentissime reliquerunt. Ad hanc vero iurisdictionem, tanquam forma aliqua subiecta, etiam ius de officiis ciuium cognoscendi statuendique pertinet. Vnius enim ciuis contentum legum publicarum, esse laesionem erga omnem ciuitatem, quis est, quin videat? Eo tempore, quo feuda oriebantur, paene quisque vasallus, qui tenebat beneficium, simul ob id erat senioris subditus. Beneficia enim, quae principes vel sponte vel praeuia oblatione dederunt, fuere de prouinciis suis. Hinc tales seniores, iam iure imperii sui, de his suis vasallis recte iudicarunt. Ex hac autem iurisdictione ordinaria, per prouinciam patente, quae in causis beneficiariis per personas singulares, per pares curiae, exercebatur, sensim exitit in mente dominorum ac vasallorum haec cogitatio, nullibi, nisi in iudicio illorum per pares curiae habendo, causas beneficiarias cuiuscunq; generis agi ventilarique debere. Inde venit, vt hanc iurisdictionem primum ab aliis formis iurisdictionis de industria fecerent, et mox eam in vasallos quoque, quorum feuda sub imperio alieni principis iacebant, in feudalibus negotiis extenderent.^{b)} Inde quoque venit, vt qui dominus di-

rectus,

^{b)} Quae quidem iurisdictio in feudis extra curtem etiamnam obtinet. Neque resmen vbique libera. In nonnullis enim feudis extra curtem, iis maxime, quae post superioritatem in ea provincia, cuius partem constituant, adulant sunt exorta, haec iurisdictio feudalis iuri territoriali principis prouinciae, cui subiacent ut partes, subordinate exerceatur, ita ut prouocantibus vasallis a sententi domini directi ad dominum territori, in quo feuda sita sunt, via semper pateat nec paecludi debeat. v. BOENNER. c. l. §. 17. Quo pertinent intuitu vasallorum, quos Marchiones Brandenburgici, Archiepiscopus Salisburgensis,

Episcopi Bambergenses. Passauensis, Ratisbonensis, Fribingensis, et alii exteris principes, in Austriae, Stiriae et Carinthiae ducatus habeant, Constitutiones Austriae eo fine latea v. c. Mandat. generale LEOPOLDI de a. 1665: „wie denn auch wegen derjenigen Lehen, so die ausländischen Fürsten und Lehns-herrn ihren Lehnseuten zwar zu ver-leihen bewilliget, nun aber sich gegen et-lichen Inhabern und Besitzer derseif-ßen Lehen etwa Streitigkeiten ereignen möchten, sie in einem gewissen Termi-ne ein ordentliches Lehnrecht, sowohl in Oesterreich Unter als Ob der Enß, darinne solche Güter gelegen seyn, nie-der-

rectus, antequam feuda constituit, nunquam iurisdictione quadam ordinaria fuerat instructus, etiam posthaec nullam nomine illorum iurisdictionem usurpare possit. Mala vero etiam, quibus coercetur ciuum et vasallorum contumacia aut prauitas, quaeque imponuntur sub poenarum nomine, a se inuicem distincta esse diximus. Conspirant quidem amicissime in eo, vt vel grauiora vel leuiora sint: quin in iis statuendis interdura quod V L P I A N U S praecipit,^{c)} qualitatibus personae, rei conditionis, temporis, aetatis et sexus ratio ita habeatur, vt nunc leniantur, nunc exasperentur. At hic ipse modus, ad quem vsque minui aut augeri posunt, illud quasi compitum est, quo feudales et ciuiles poenae huc et illic abeunt. Poenas enim ciuium delictis vbiunque infligendas, pro natura delictorum, quando puta ita comparata sunt, vt iis ipsa res publica veluti hostili modo oppugnetur, atque omnis ciuium securitas, auctoribus facinorum e medio non sublati, evertatur, vel omnino iis iniuriae consulto, cogitato, directoque ac violenter, fiant reipublicae, vsque ad admitionem vitas extendi posse, quin debere, cum ill. G E I S L E R O^{d)} nostro, humanissimus quisque iudex haud temere existimabit. Poena autem, qua plecluntur vel ob intermissam renovationem feudi, vel ob atrocissima delicta erga dominum, vasalli, iam ex antiquissimis Francorum moribus et institutis,^{e)} priuationem feudi non egrediuntur. Concurrunt vero tandem poenae feudales ac ciuiles in eo, vt non solum ob delicta leuioraf) leuiores quoque poenae veluti multæ imponantur,^{g)} sed vt etiam omnes poenae a principibus vel dominis aut leniri, aut remitti possint.

His igitur, tanquam notis praecipuis, agnosci ciuum et vasallorum diuersitatem putavi. Amplissimus, vt quisque videbit, magnum doctrinae co-

D 2 piam

„derzusetzen, und einem jeden auf sein
„Aulangen, was Recht ist, doch dem
„beschweren Theil die Appellation
„für die hochlöbl. Nieder- Öster-
„reichische Regierung vorbehalten,
„ergehen zu lassen, schuldig.“ ap. ill.
CHRISTIAN. AVG. BECK. Spec. I.
Iur. publ. Austraci. Viennæ 1750. c. VI.
§. 8. n. 4. cf. HABNII Reichshistorie
P. V. c. 7. §. 33. n. ff.
c) L. 6. pr. ff. ad Leg. Iul. de pecul.

^{d)} Animaduers ex iure viuero de-
promtarum Spicilegium I. Viteb. 1787.
Pag. 13 - 15.

e) BOEHMER C. I. IV. 1.

f) Nam ad admendum feudum II.
F. 23. egregiae ingratitudinis cauſae
requiruntur, ad quas in primis pertinent
denegatio seruitiorum, malitiosa domi-
ni in discriminé versantis desertio, et
omnes aliae, quae domino directo non ex-
iguum afferunt praediūcum. cf. I.F. 5.

g) I. F. Al. c. 115.

piam explicandi patuit campus, sed me ingenii tentas et angustum huius libelli spatium intra hos limites compulerunt. Quare lectorum indulgentiam imploro, ut de iuuenilibus his laborum primitiis severissimum non ferant iudicium.

VIRO ORNATISSIMO

IO. AVGUSTO HIERONYMO THALWITZERO

P R A E S E S.


Quod ego T E amem, non possum a me impetrare, quia fatear. Ex quo enim T E cognoui, animi TVI candor ac modestia, quam iam vultus prae se ferebat, valde mihi placuit. Mox assiduitas, qua mihi per annum fere ius publicum Germaniae tradentis operam inter alios dedisti, industriam ac diligentiam probauit. Tandem TVA semper aliquid proficiendi laudabilis cupido quandam familiaritatatem inter nos contractit. In qua guidem continuata non potuit non perspecta TVA animi probitas, et studium erga me sumnum cum illis virtutibus coniunctum, in me excitare amorem erga te eximium. Quid igitur iucundius mihi potuit obuenire, quam ut velles scriptiōnem, quam protulisti, me moderante, confidere, atque eam publice, me eodem praefide, defendere? Virtrunque signa TVI in me propensi animi sunt. Prodeamus igitur in cathedram, et coniunctis viribus agamus, ut laus TIBI pariatur. Libellus ad disceptandum propositus iam eo nomine TE coniundat, quod TE non in vulgaribus solum versatum fuisse doceat. Nec ego quoque, licet in ipso libello, TE volente, nonnulla pafsum mutauerim, quicquam de laudibus TVI detrahendum cupio. Gratulor itaque TIBI hoc specimen diligentiae TVAE. Gratulor parenti PLVRIMVM REVERENDO TVO Te filium tam egregiae spei. Gratulor patriae ciuem industrium ac diligentem. Gratulor denique etiam mihi hanc societatem praesentem. Opto ex animi sententia, ut placeat prouidentiae diuinae, TE exornare omnibus iis bonis, quae probitati ac diligentiae TVAE respondere videantur. A TVA in me amicitia spero, fore, ut quem, nisi iam haberes, ego ipse TIBI offerrem, amorem atque studium mihi in posterum quoque exhibeas. Vale. Scribebam in litterarum universitate Vitebergica a. d. XXXV. Iulii CICLOCLXXXVII.

Wittenberg, Diss., 1786-88



f
Sl,







DE
DIVERSA OFFICIORVM CIVILIVM
ET VASALLITICORVM RATIONE

DISSERTATIO

Q V A M

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

D. CHRISTIANO FRIDERICO WILISCH

FISCI ELECTORAL SAXON. PER REGIONEM CIRCULI ELECTO.
RALIS PROCVRATORE CIVITATIS VITEBERGENSIS SENA-
TORE ET CONSISTORII ECCLESIASTICI
ADVOCATO

DIE XXVIII. MENS. IVL. CCCLXXXVII

H. L. Q. S.

PVBILACE DISCEPTATIONI SVEMITTET

A V C T O R

IOANNES AVGSTVS HIERONYMVS THALWITZER

MISENENSIS.

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.